

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 1600

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 156 / Tabuteau 223, 224

**Auteur(s) :** Guillaume le Bâtard, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Tours, Saint-Julien (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1063

**Lieu d'émission :** Bonneville-sur-Touques

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume le Bâtard donne à Saint-Julien de Tours le domaine de Roncheville, avec ses dépendances et ses coutumes, conformément à la concession d'Adam de Saint-Brice son vassal.

Le duc accorde en outre aux moines le droit de planter et de bâtir, de paître leur bétail en plaine et en bois et de prendre le bois de chauffage ; Saint-Julien reçoit à cet endroit, trois arpents de pré, deux salines et demie et un denier de tonlieu à percevoir sur les acheteurs de ce sel.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 3, p. 26.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., t. 1, n° CXXXVII, p. 247.
- c. Denis Louis-Jean (Abbé), *Chartes de Saint-Julien de Tours (1002-1227)*, Le Mans, Société des Archives historiques du Maine (Archives historiques du Maine ; 12, fasc. 1), 1912, n° 29, p. 41.
- d. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 156, p. 339-342.

Texte établi d'après d

Quoniam — quod ego Willelmus dux et comes Northmannorum sollicite pertractans notum volo fieri — quod ego dono Sancto Juliano Turonensi et monachis ejus, perpetualiter ad possidendum, Roncevillam cum omni terra ad eam pertinente et cum omnibus cultoribus ipsius terre et omnibus consuetudinibus que in ea sunt omnibusque utilitatibus et adjacentiis ejus — trado autem ipsum alodium Sancto Juliano — sicut Adam meus vassallus de me tenuit — Dono etiam eis ligna quotiens monachi sive abbas affuerit ad calefaciendum. — Hoc de meo jure in meam dominationem transundo — sunt igitur in eadem terra 3 aripennes prati optimi in marisco, salinas 2 et dimidium reddentes .XV. ambras salis — et de 2 asinis unum denarium de his qui emerint sal de ipsis salinis — distat hec terra a mari .III. millibus ubi Diva flumen in oceanum influit.

S. Wil + lelmi comitis, Northmannorum ducis. S. Matildis + uxoris ejus. — Odo Bajocensis episcopus. Rotgerius de Belmonte. — Hugo de Monteforti. — Willelmus de Montewarulfi. — Acta sunt hec, anno .M. LXIII., ab Incarnatione Domini, apud Bonam villam.

(Variante, version C)

Dum unusquisque in hac vita subsistit, totis nisibus debet celestia requirere et de caducis et perituis rebus eterna atque mansura mereari. Quod ego Willelmus, dux et comes Nortmannorum, sollicite pertractans, notum volo fieri sancte Dei fidelibus et filiis catholice ecclesie, quod ego, pro redemptione anime mee atque meorum progenitorum et Normannie principum, pro salute quoque mee uxoris atque meorum filiorum, dono Sancto Juliano Turonensi et monachis ejus, perpetualiter ad possidendum, Runcivillam cum terra ad eam pertinente omni et cum omnibus ipsis cultoribus ipsius terre et cum omnibus consuetudinibus que in ea sunt, omnibusque utilitatibus et adjacentiis ejus, et insuper omnibusque rebus ubicumque fuerint sive prope, seu longe. Trado autem predicto Sancto Juliano ipsum alodium perpetualiter ad possidendum, ex concessione Adam de Sancto Briccio vassalli mei qui eam prius tenuit. Hic autem Adam Adam cum a me exhereditatus fuisset, et inter eundum ac redeundum per civitatem Turonim ab abbe Roberto et monachis prescripti martiris Juliani honorifice multociens susciperetur, ac honeste procuraretur et .XII. librarum equo donaretur, Dei tandem inspiratione, in capitulum ipsorum venit ibique prenominato sancto ejusque monachis predictam sui juris villulam scilicet Runcivillam prope Bavent sitam, in manum predicti Roberti abbatis dedit, et super altare ipsius sancti propria manu firmavit, ita tamen si ullo modo impetrare a me eam possent monachi. Deinde venit abbas Robertus in Normanniam, supradictam villulam a me impetrare cupiens. Igitur, ego supradictam terram, sicut ipsa die in manu mea eam tenebam, Sancto Juliano ejusdemque monachis, ipso Adam jam mecum pacificato presente, volente et concedente et orante, dedi, ita scilicet ut, ab ipsa die et deinceps per omne tempus, monachi ejusdem sancti quiete et libere eam possideant, habentes licentiam in eam terram plantandi et edificandi prout melius potuerint. Dono etiam eidem sancto et monachis ejus pascua ad eorum pecora in plano et bosco quiete et sicut ego teneo. Addo quoque eis ligna quotiens monachus sive abbas adfuerit ad calefaciendum. Talique conventione hoc de meo jure in eorum donationem transfundeo quatinus et in vita et post meum obitum, in sacris orationibus mei memores semper sint. Sunt preterea in eadem terra 3 aripennes prati optimi in marisco, salinas 2 et dimidiam habet ibi Sanctus Julianus reddentes ei anbras salis et de 2 asinis, de teloneo unum denarium de hiis qui sal emerint de ipsis salinis. Et si monachus vel homo sancti sal emere voluerint, multo levius accipiat quam quilibet extraneus. Habet item sanctus unam aream ad Divam minorem. Equites hujus terre qui servierunt Adam serviant Sancto Juliano. Distat hec terra a mari .III. millibus ubi Diva flumen in oceanum influit. Vicaria terre Sancto Juliano est.

Testes hujus rei : Odo Bajocensis episcopus, Willelmus filius Osberti, Rogerius de Belmonte, Willelmus Crispinus, Gislebertus frater ejus, Gaufredus Catus, Robertus Bertranus, Hugo de Monteforti, Robertus Moritonii comes, Rogerius de Montegummerii, Hugo botillarius, Unfredus prepositus de Badvento, Cosmarus serviens comitis, Robertus Vitellus, Willelmus de Monte Warulfi, Rogerius de Vedderoles. Hii 3 erant homines Adam.

Acta sunt hec, anno 1063 ab Incarnatione Domini, apud Bonam villam, regnante Philippo rege, anno .III.